



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Commentarii Tres in Universam Aristotelis Philosophiam

Crespin, François

Brvxellæ, 1652

Dispytatio Vnica. De Divisione, Distinctione, & numero Vniversalium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95346](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95346)

TRACTATUS III.

D E

POST-VNIVERSALIBVS:

1. **M**ULTI de Post-Vniversalibus nihil agunt; vel certè, quia illa, Ante-Vniversalia fecerunt; vel fortè, quia de illis, inter Vniversalia in Specie, discenda insinuarunt: nos verò ubique ad faciliorem doctrinæ intelligentiam attenti, hic Post-Vniversalia, utpotè nonnisi Vniversalibus post-intelligibilia, tractamus.

DISPV TATIO VNICA

De Divisione, Distinctione & numero Vniversalium.

DVBIUM I.

An divisio Vniversalis in quinque vulgata Vniversalia concretim sumpta, sit Generis in Species.

11. **A**NTÈ Resolutionem Suppono, ad Divisionem Generis in Species, tria communiter requiri. 1^o ut Divisum perfectè præscindat à membris dividendibus. 2^o ut membra dividendia essentialiter & univocè, id est in eadem significatione, participant divisum. 3^o ut membra dividendia inter se essentialiter communi Differentiâ differant. Hoc supposito, sit

R E S O L U T I O.

111. **D**ico, divisio Vniversalis in quinque Vniversalia concretim sumpta est Generis in Species.

1v. Probatur, quia illi conveniunt tria in supposito requisita ad Divisionem Generis in Species; ergo, &c. Probatur antecedens 1^o, quia Vniversale non minùs perfectè præscindit à suis speciebus, quàm animal ab homine & bruto; quandoquidem nullo modo in suo conceptu formali illas includat. 2^o, quia Species Vniversalis non magis potest concipi, non concepto Vniversali, quàm homo vel brutum non concepto animali. Deindè tam propriè uni Speciei & in eadem significatione conve-

nit, esse Vniversale, quàm alteri. 3^o, quia Species Vniversalis inter se essentialiter differunt, non minùs, quàm homo & brutum; ergo Divisio Vniversalis in quinque vulgata Vniversalia, est Generis in Species, non minùs, quàm Divisio animalis in hominem & brutum.

v. Objicies tamen 1^o, ratio Vniversalis priùs & perfectiùs descendit ad Genus vel Speciem, quàm ad Accidens, ergo non est univoca ad suas Species. Probatur antecedens pro 1^a parte, scilicet quod priùs; quia Accidens priùs descendit ad ea, quibus identificatur, videlicet ad albedinem & nigredinem, respectu quorum est Genus; ad hoc & hoc Accidens, respectu quorum est Species; quàm ad ea, quibus non identificatur, scilicet ad hoc & hoc subiectum, respectu quorum est Accidens. Probatur pro 2^a parte, scilicet quod perfectiùs; quia Differentiâ Speciei & Differentiâ est perfectior Differentiâ Proprii & Accidentis, ergo, &c.

vi. Respondeo 1^o, distinguendo antecedens pro 1^a parte: ratio Vniversalis priùs prioritate quâdam dignitatis relucente in ipsa ratione communi Vniversalis, descendit ad Genus & Speciem, quàm ad Accidens, nego antecedens: priùs prioritate dignitatis relucente in ipsis Differentiis contrahentibus, concedo antecedens; sed sicut illa dignitas, non secus ac ipsæ Differentiæ contrahentes, est omninò extrâ conceptum formalem rationis communis Vniversalis; ita non potest impedire ejus univocationem. Ad probationem antecedentis, etiam distinguo, Accidens priùs prioritate objectivâ & rei, descendit ad ea, quibus, &c. & consequenter ad Genus & Speciem, quàm ad hoc & hoc subiectum, & consequenter, quàm ad Accidens, conce-

concedo: prius prioritate cognitionis taliter vel taliter uniuerſificantis, nego; id enim eſt merè contingens: ab intellectu enim cognoscentis pendet hoc vel illud Uniuerſale, prius vel poſterius fabricare.

VII. Reſpondeo 2º, diſtinguendo antecedens pro 2ª parte ut antè: ratio Uniuerſalis perfectius perfectione quãdam maiore relucente in ipſa ratione communi Uniuerſalis, deſcendit ad Genus & Speciem, quàm ad Accidens, nego antecedens: perfectione quãdam maiore relucente in ipſis Differentiis contrahentibus, concedo antecedens; verùm id etiam contingit in diſiſione ſubſtantia in Deum & Angelum, animalis in hominem & brutum, quæ tamen, eo non obſtante, eſt univoca. Sic patet ad id, quod ulterius obijci poſſet, videlicet tria prima prædicabilia prædicari eſſentialiter, duo poſteriora accidentaliter: id enim ſpectat ad Differentias ipſorum contrahentes rationem Uniuerſalis; nam, ex ratione ſua generica, omnia prædicantur eodem modo.

VIII. Obijcies 2º Genus eſt magis Uniuerſale, quàm Species, ergò Genus & Species non participant univocè rationem Uniuerſalis. Probatur antecedens, quia Genus de pluribus prædicatur, quàm Species, ergò, &c.

IX. Retorquetur Argumentum in brutum, quod de pluribus prædicatur, quàm homo; animal tamen, eo non obſtante, eſt Genus ad hominem & brutum.

X. Reſpondeo, negando antecedens, ad ejus probationem, admiſſo antecedente, nego conſequentiam; quia ex antecedente, tantum ſequitur, Genus materialiter & extrinſecè eſſe majus Uniuerſale quàm ſit Species, ſicut brutum eſt materialiter & extrinſecè majus animal, quàm homo, in quantum eſt diſiſibile in plures Species, quàm homo; non verò formaliter & intrinſecè magis Uniuerſale; quia non eſt magis unum aptum prædicari de multis, (ad quod parum refert, an illa ſint duo tantum vel mille) quàm Species: ſic enim, licet linea tripedalis ſit materialiter major, quàm bipedalis; non eſt tamen formaliter & intrinſecè magis linea; quia hoc magis non ſumitur à majori quantitate, ſicut illa majoritas; ſed à pluribus prædicatis lineæ eſſentialibus, quæ ſunt in utraque eadem indiſiſibiliter.

D V B I V M I I.

Quomodo diſtinguantur inter ſe quinque allata Uniuerſalia abſtractivè ſumpta.

Antè Reſolutionem
XI. Aſſuppono 1º, ſenſum dubii eſſe, quomodo diſtinguantur inter ſe 1ª intentio formalis generificans, ſpecificans, Differentialificans, &c.

XII. Aſſuppono 2º, illas 1ªs intentiones formales poſſe dupliciter conſiderari. 1º ex parte objecti ſui. 2º ex parte modi, quo objectum ſuum repræſentant. His ſuppoſitis, ſit

R E S O L U T I O I.

XIII. Dico 1º Genus, Species, Differentia & Proprium abſtractim ſumpta, ex parte objecti ſui, inter ſe non diſtinguuntur, bene autem ab Accidente, non tamen neceſſariò.

XIV. Secunda pars Reſolutionis patet; quia ſaltem major pars eorum, quæ prædicantur ut Accidens 5º prædicabile, diſtinguuntur realiter ab objectis quatuor primorum prædicabilium, utpotè ab illis tamquam ſubjectis realiter ſeparabilia, ergò, &c.

XV. Probatur 1ª pars, quia ſicut Petrus & Paulus concepti per ordinem ad ſenſationem, ſunt animalitas & Genus; per ordinem verò ad ſenſationem & ratiocinationem, humanitas & Species; per ordinem ad rationem præciſe, rationalitas & Differentia: ita concepti præciſe per ordinem ad riſum, ſunt riſibilitas; & ut ſimilis naturæ, ſunt ſimilitudo & Accidens 5º prædicabile, & ſic eſt de quolibet alio Accidenti Metaphyſico, ergò, &c. Hinc Tertia pars patet.

R E S O L U T I O I I.

XVI. Dico 2º. Genus, Species, Differentia, Proprium & Accidens abſtractim ſumpta, ex parte modi, quo objectum ſuum repræſentant, ſunt Specie diverſa.

XVII. Probatur conſuſio; quia 1ª intentio formalis Generis, eſt repræſentatio tam conſuſa Petri & Pauli v. g. ut ſolum appareat pars materialis eſſentia Uniuerſalis eorum; Speciei verò, ut appareat quidem tota eſſentia Uniuerſalis eorum, ſed ſine hæccitatibus, ly ſine tenente ſe ex parte actus; Differentia, ut appareat tantum pars formalis eſſentia Uniuerſalis eorum; Proprii, ut appareat tantum proprietas; Accidentis, ut appareat aliquid negabile de eſſentia eorum, ac per conſequens illi contingens; ſed hi modi ſunt valdè, imò & Specie, diverſi, ergò, &c.

R E S O L U T I O I I I.

XVIII. Dico 3º, Uniuerſale Concomitans abſtractim ſumptum, ex parte modi, quo objectum ſuum repræſentat, Specie diſtinguitur à Genere, &c. Probatur, quia Uniuerſale Concomitans, neque ut Genus, neque ut Species, &c. objectum ſuum repræſentat; ſed ſic ut de multis, Eſſe unum aptum prædicari de multis, tamquam pars materialis eſſentia ſingularis; quod nulli eorum, ut tali convenit, uti manifeſtum eſt ex toto Tractatu præcedenti de Ante-Uniuerſalibus, ergò, &c.

Adde tamen Uniuerſale Concomitans non diſtingui realiter à tribus primis Uniuerſalibus: ſed ſola ratione, & ex parte modi quo objectum ſuum realiter idem repræſentat. Pro ſolutione autem multarum objectionum fallaciarum, quæ hic & in toto Porphyrio fieri poſſunt, tres ſequentes Claſſes diligenter perpende.

I. CLASSIS VNIVERSALIVM.

Prout respectu Inferiorum sunt essentialiter Vniversalia.

{ Vniversale Genus hoc & illud. }	{ Vniversale Species hæc & illa. }	{ Vniversale Differentia hæc & illa. }	{ Vniversale Proprium hoc & illud. }	{ Vniversale Accidens hoc & illud. }
---	--	--	--	--

xix. Q Væ in allata Classe sunt suprà, prædicantur essentialiter de infra positis. Vnde hæ prædicationes Vniversales, sunt essentielles,

hoc Genus est Genus; hoc Genus est Vniversale; Genus est Vniversale: & sic de aliis cellulis

II. CLASSIS VNIVERSALIVM.

Prout sunt Denominativè Vniversalia.

{ Vniversale Genus Vniversale. }	{ Vniversale Species Genus. }	{ Vniversale Species Species. }	{ Vniversale Species Differentia. }	{ Vniversale Species Proprium. }	{ Vniversale Species Accidens. }	{ Vniversale Species Individuū. }
--	-------------------------------------	---------------------------------------	---	--	--	---

xx. Q Væ in allata Classe sunt suprà, de infimo prædicantur denominativè & accidentaliter. Vnde hæ prædicationes Vniversales, sunt accidentales, *Vniversale est Genus; Vniversale est Vniversale, & sic de aliis cellulis.* In hac autem Classe

non ponitur Individuum *hoc & illud*; quia ut tale non est denominativè Vniversale; ponitur verò in alia, quia ut tale est essentialiter Vniversale, Genus, Species, &c.

III. CLASSIS VNIVERSALIVM.

Prout sunt Vniversalia respectu suorum denominatorum.

{ Vniversale Accidens Vniversale. }	{ Vniversale Accidens Genus. }	{ Vniversale Accidens Species. }	{ Vniversale Accidens Differentia. }	{ Vniversale Accidens Proprium. }	{ Vniversale Accidens Accidens. }	{ Vniversale Accidens Individuū. }
---	--------------------------------------	--	--	---	---	--

xxi. Q Væ in allata Classe sunt suprà de infimo, sumpto prout de suis denominatis prædicatur ut quod, prædicantur accidentaliter contingenter. Vnde hæ prædicationes sunt 5^æ. prædicabilis, *Vniversale* (prout scilicet prædicatur de homine ut quod) *est Vniversale; Genus* (prout scilicet de animali prædicatur ut quod) *est accidens*, & sic de aliis.

Antiquorum, & communi Recentiorum Sententia, dividitur, nominari *Genus, Speciem, Differentiam, Proprium & Accidens*, de quibus in toto Tractatu 3^o. de Vniversalibus Porphyrianis egimus.

xxiv. Suppono 2^o. aliud esse Divisionem esse adæquatam; aliud illam esse immediatam: adæquata enim est, ubi præter membra dividenda assignata, nullum aliud sub illis non inclusum, est assignabile: Immediata verò ubi divisum paritur in proxima membra, ita ut inter illa & divisum, nullum Genus, Specie, &c. mediât.

xxv. Suppono 3^o. rationem, ob quam communiter concluditur, Vniversale adæquatè dividi in quinque allata Vniversalia, esse hanc: quidquid est Vniversale, vel est aptum prædicari de multis essentialiter, vel accidentaliter: si essentialiter, vel ut tota essentia, & est Species: vel ut pars essentia; si ut pars essentia, vel ut pars materialis, & est Genus; vel ut, pars formalis, & est Differentia: si accidentaliter, vel necessario, & est Proprium; vel contingenter, & est Accidens. Paulò tamen aliter quidam alii discunt: nempe, quidquid est aptum prædicari Vniversaliter, est aptum prædicari in quid purè, vel in quale purè, vel in quale quid. Si in quid purè, vel tamquam tota essentia, & est Species; vel tamquam pars materialis essentia, & est Genus: neque (addit P. Ovidius) præter hos duos modos, alius superest prædicandi in quid purè: si in quale purè, id est per modum partis formalis accidentalis: vel illa necessario concomitatur essentiam, & facit Proprium; vel contingenter, & facit Accidens. Si in quale quid, id est per modum

CORROLARIUM.

xxii. E X his Classibus Colliges, hanc prædicationem, *Hoc Genus est Vniversale*, esse veram; si ly *Vniversale* sumatur, ut Vniversale essentialiter; falsam si ly *Vniversale*, denominativè sumatur, ab aliqua abstractione formali superaddita. Vnde juxta duplicem illam acceptionem vocis *Vniversale*, hæ prædicationes non sunt contradictoriæ, *hoc Genus est Vniversale, hoc Genus non est Vniversale* &c. Idem est de his, *hoc Vniversale est Vniversale, hoc Vniversale non est Vniversale*; vera tamen hæc, juxta 3^{am}. Classem, Individuum est Vniversale, prout attentè speculanti patebit.

D V B I V M III.

An Divisio Vniversalis in quinque allata Vniversalia sit adæquata & immediata.

xxiii. A Ntè Resolutionem Suppono 1^o. allata quinque Vniversalia, in quæ Vniversale ex Porphyrii, aliorumque R. P. Francisci Bone Spei Logica.

L

modum

modum partis formalis essentialis est Differentia. His suppositis fit

R E S O L U T I O I.

xxvi. **D**ico 1^o. divisio Universalis in quinque allata vulgata Universalis non potest esse adæquata, siue Universalis iuxta definitiones à Porphyrio allatas, siue iuxta nostras, & jam communes, definiuntur.

xxvii. Probatur 1^a pars ex dictis Disput. 3^a de Genere dub. 2.

xxviii. Probatur 2^a pars, quia si Universalis definiatur iuxta definitiones nostras, datur unum Universale sub Universalis in Genere non comprehensum, videlicet Universale Concomitans, ergo, &c. Probatur hoc assumptum, quia Universale Concomitans est unum aptum prædicari de multis incompletè ut pars materialis essentialis singularis, quod quia nec Genus, nec Speciei, nec Differentiæ convenit & ea semper comitatur (quia nec Species potest prædicari de multis ut tota essentialis singularis, magis quàm singulare possit prædicari de multis; nec Differentia potest prædicari de multis ut pars formalis essentialis singularis, magis quàm hæcceitas ipsa, quæ sola est pars formalis essentialis singularis; nec etiam Genus ut tale potest prædicari de multis ut pars materialis essentialis singularis, sed ut pars materialis essentialis Universalis tantum; quia alioqui præterquam quod æquali passu cum Specie & Differentia procedere oporteat; Genus à Specie & Differentia non distingueretur, possentque Species & Differentia vocari nomine Generis, siue Genus, quod non recipitur) allatum Universalis vocatur Concomitans, atqui hoc Universalis, in Genere, Specie, Differentia, Proprio & Accidente non includitur, & illi convenit definitio Universalis in Genere, ergo, &c.

xxix. Dices 1^o, si Universalis Concomitans, quod est unum aptum prædicari de multis incompletè ut pars materialis essentialis singularis, addi debeat; debeat etiam addi Universalis Concomitans, quod est aptum prædicari de multis secundum essentialiam singularem accidentaliter contingenter, ergo, &c.

xxx. Respondeo negando sequelam; hoc enim ultimum non debet addi, quia includitur in Accidente, ut Accidentis definitionem consideranti patebit; non debent autem addi illa, in quæ vulgata Universalis subdividi possunt; sed solum illa, quæ sub illis non comprehenduntur, & in quæ subdividi non possunt, ut est Universalis Concomitans, quod à nobis dicitur sextum Universalis.

xxxi. Dices 2^o Universalis Concomitans non habet modum prædicandi distinctum à Genere, ergo, &c. Probatur antecedens, quia siue sit aptum prædicari ut pars materialis essentialis singularis, siue ut pars materialis essentialis Universalis, semper aptum est prædicari ut Genus, ergo, &c.

xxxii. Respondeo negando antecedens, ad ejus probationem nego assumptum: si enim esse aptum prædicari ut pars materialis essentialis singularis, esset esse aptum prædicari ut Genus, omnis Species atoma, & Differentia Universalis esset Genus, utpotè determinabilis ad hoc potius individuum, quàm ad illud per diversam hæcceitatem, & consequenter esset pars materialis essentialis singularis. Unde vel tollerentur sine necessitate duæ Species Universalis; vel, quod in idem recidit, Genus, Spe-

cies, & Differentia inter se confunderentur, utpotè eodem modo prædicabilia de essentiali singulari, quod non admittitur.

xxxiii. Adde, de Genere proportionaliter loquendum, sicut de Specie & Differentia; sicut enim Species ut apta prædicari ut tota essentialis singularis, est singularis, & non Species Universalis, & Differentia, ut apta prædicari ut pars formalis essentialis singularis, est ipsa singularitas, & non Species Universalis; ita nec Genus ut aptum prædicari ut pars materialis essentialis singularis dici debet Species Universalis.

R E S O L U T I O II.

xxxiv. **D**ico 2^a divisio Universalis in sex Universalis à nobis allata, est adæquata.

xxxv. Probatur, quidquid est Universalis, est aptum prædicari de multis essentialiter vel accidentaliter: si essentialiter; vel ut tota essentialis Universalis, & est Species; vel ut pars materialis; si ut pars materialis; vel ut pars materialis essentialis Universalis, & est Genus; vel ut pars materialis essentialis singularis, & est Universalis Concomitans; vel ut pars formalis essentialis Universalis; & est Differentia: si accidentaliter; vel necessarid, & est proprium; vel contingenter, & est accidens: atqui alius modus prædicandi Universaliter, sub his non comprehensus, non superest, ergo, &c.

xxxvi. Nec dicas, admitti debere Universalis Concomitans accidentale, sicut Concomitans essentialis admittimus: nam disparitas est, quod Universalis essentialia distincta sint inter se in modo prædicandi Universaliter per ordinem ad essentialiam Universalis; indistincta verò per ordinem (qui semper comitatur) ad essentialiam singularem: Universalis autem accidentalia, scilicet proprium & accidens non sunt distincta inter se in modo prædicandi per ordinem ad essentialiam Universalis; nam accidentia Physica realia non accidunt essentiali Universalis; sed per ordinem ad diversam habitudinem (necessariam scilicet vel contingenter) quam dicunt ad subiectum, siue illud sit Universalis, siue singulare, nam multa de subiectis Universalibus apta sunt contingenter prædicari, ut v.g. cognitio, Universalitas, &c. de homine & bruto; & multa necessarid de subiectis singularibus, ut risibilitas de Petro & Paulo. Ex his

xxxvii. Colliges, divisionem Universalis, in quinque Universalis, videlicet Genus, Speciem, Differentiam, Proprium & Accidens, non esse adæquatam; bene autem si superaddatur Universalis Concomitans: quod verò Porphyrius quinque tantum priora attulerit, non obstat, quia verisimile est, ipsum non voluisse quærere omnino exactas Species Universalis, ut patet ex dictis Disput. de Specie dub. 2^o: hoc tamen videtur certum, quod cum divisit Universalis in illa quinque, quæverit Differentias essentielles, quibus inter se opponerentur, & quinque inventis, motus sit illud in quinque Species divideret: nos verò hic exactè inquirimus, quot sint Universalis; & cum invenimus sex Differentias essentielles, quibus inter se opponantur; merito movemur ad Universalis in sex à nobis allata Universalis dividendum.

xxxviii. Obicies tamen 1^o: sunt tantum 4. prædicata topica, iuxta Aristotelem 4. Top. ergo etiam sunt tantum 4. prædicabilia. Probatur consequentia,

sequentia, quia prædicata & prædicabilia non nisi differunt, ut actus & potentia.

xxxv. Respondeo, transeat antecedens, distinguo consequens, ergo sunt tantum 4 prædicabilia topica, quia prædicatum & prædicabile topicum non nisi differunt ut actus & potentia, concedo consequentiam; Porphyriana, ad quæ prædicata topica non se habent ut actus ad potentiam, nego consequentiam: prædicata enim topica diversificantur à modo prædicandi *conversim* & non *conversim* de Specie, qui juxta Aristotelem, est tantum quadruplex; nam quod prædicatur *conversim* de Specie, vel prædicatur *essentialiter*, & est definitio, vel non *essentialiter*, & est Proprium: quod verò non *conversim*, vel prædicatur *essentialiter* & est Genus, vel non *essentialiter*, & est Accidens: Prædicata verò Porphyriana diversificantur à modo prædicandi *essentialiter* vel *accidentaliter* de multis, qui est sextuplex, ut vidimus.

xxxvi. Dixi transeat, quia Aristoteles ibi non exactè enumerat prædicata topica: 1º, quia Differentia specifica atoma prædicatur *essentialiter conversim* de Specie, ut rationale de homine, & tamen non est definitio. Idem dic de animali, juxta dicta Disp. 4. Tract. 2. dub. 7. quod solo homine possibili & bruto impossibili animal remaneret Genus. 2º juxta ibidem dicta, quod animal de rationali prædicetur non *essentialiter* & *conversim*, & è contrà; & tamen animal & rationale respectu invicem non sunt proprium, sed accidens. 3º, quod Differentia generica de Specie ut sensitivum de homine prædicetur *essentialiter* & non *conversim*, & tamè non est Genus. 4º. Proprium genericum de Specie non *essentialiter* & non *conversim* (juxta communem) prædicatur, & tamen non est accidens. Vnde dic, Aristotelem aliqua tantum prædicata topica enumerare, non verò omnia.

xxxvii. Adde, alium Porphyrii, alium Aristotelis scopum esse; nam Porphyrius in ordine ad prædicamenta assignat sua Prædicabilia, Aristoteles verò sua Prædicamenta in ordine ad demonstrationes. Vnde inter illa numeratur definitio, quæ propter suam complexionem à prædicabilibus Porphyrianis excluditur; & includitur Species, quæ à topicis excluditur; quia de se ipsa non prædicatur *conversim*, puta ordinatè.

xxxix. Objicies 20: Prædicabilia Porphyriana ordinantur ad Prædicamenta; sed illa sunt decem, ergo & Prædicabilia.

xl. Respondeo 1º, posse assignari etiam decem Prædicabilia Porphyriana, ut Resolutione sequenti patebit.

xli. Resp. 2º negando consequentiam: est enim disparitas, quod scilicet Prædicamenta sumantur à decem de 1ª substantia, id est, Individuo substantiali; interrogationibus, quas tantum fecit Aristoteles, (licet multò plures facere potuisset, ut infra docebimus) putà *quid sit, quanta sit, qualis sit*, &c. Prædicabilia verò à modis prædicandi naturæ Universalis, supra recensitis.

xlii. Adferunt aliqui omnia Universalia posse prædicari per modum Speciei, Genus includere Speciem & Differentiam, & similia; sed parum ad rem: nam hic agimus de Universalibus, ut concretum supra definitis ut *quo & ut quod*; Universalia verò non possunt esse Species, nisi accidentaliter denominativè, & ut definitum *quod* Speciei. Item Genus non includit Genus, nisi ut definitum *quod* in

definitione quà *ut quod* & *ut quo* definitur; item nec Differentiam includit, nisi ut definitum *quod* in definitione Differentiæ; quæ non impediunt oppositionem essentialem Universalium concretum, ut supra, definitorum.

xliv. Objicies 50: si sex Universalia admittantur; non est, cur septimum, videlicet Universale immediatè individuum sub Universalis in Genere, non admittatur: sed hoc Universale immediatè sub Universalis in Genere individuum, est omnino chymæricum: ergo, &c. Probatur sequela majoris 1º, quia, si concipiatur ens prout est indifferens & præscindens à prædicatis essentialibus, ut v. g. substantià, corpore, vivente, animali, &c. & accidentalibus, ut v. g. risibilitate, albedine, &c. Petri & Pauli, ens ut indifferens & ab illis præscindens, respectu illorum est Universale; non Genus, neque Species, neque Differentia; neque Universale Concomitans; quia non est essentialiter: neque proprium; neque accidens; quia non est accidentale; ergo septimum Universale, five hoc Universale immediatè individuum sub Universalis in Genere. Probatur sequela majoris 2º, quia potest dari Genus immediatè individuum à parte rei, hoc animal v. g. quod nec est rationale, nec irrationale; ergo & sub conceptu hoc Universale, quod nec est essentialiter, nec accidentale.

xliv. Respondeo negando sequelam majoris; ad ejus 1am probationem Respondeo illud ens non esse de Petro & Paulo, aptum prædicari, nisi ut Universalis essentialiter, aut ut Universalis accidentale: vel enim id sumitur ex parte objecti, & sic est aptum prædicari essentialiter, ut patet; vel ex parte actus præscindens, & sic non est aptum prædicari, nisi accidentaliter, prout esse præcise de Petro & Paulo est aptum prædicari, ut consideranti patebit: ad 2am verò probationem sequelæ Majoris, Respondeo esse disparitatem, in eo videlicet, quod quidquid est ens, saltem sit conceptum; esse verò conceptum omni enti reali est accidentale: quidquid autem est animal, non statim est rationale aut irrationale; sed neutrum esse potest; ut Tractatu 2º Disp. 3. Dub. 7º. probatum est.

RESOLUTIO III.

xlvi. Dico 3º allata tamen divisio Universalis in sex Universalia non est aliter adæquata, quam divisio Universalis in essentialiter & accidentale, in quid & in quale; licet hoc sensu adæquat; dici possit, quod nulla Universalia adferri possint, quæ sub his non comprehendantur. 2ª pars conclusionis patet ex Resolutione 2ª.

xlvi. Probatur 1º, quia Universale his modis dividi potest: 1º in essentialiter & accidentale: 2º essentialiter in essentialiter ut tota essentia Universalis substantiæ, & ut tota essentia Universalis accidentis. 3º essentialiter ut tota essentia Universalis substantiæ in essentialiter ut tota essentia Universalis substantiæ spiritualis & ut tota essentia Universalis substantiæ materialis. 4º essentialiter ut tota essentia Universalis accidentis in essentialiter ut tota essentia Universalis accidentis quantitativi & qualificativi, & relativi, & ubi cativi, &c. 5º essentialiter in essentialiter ut pars materialis essentia Universalis, substantiæ, & ut pars materialis essentia Universalis accidentis. Et hoc ulterius, ut antè. 6º Universale accidentale in accidentale necessarium & contingens: 7º Universale accidentale necessarium in Universalis accidentale necessarium substantiæ.

substantiæ, & in Vniuersale accidentale necessarium accidenti, & hæc ulterius, ut ante. 8. Vniuersale accidentale contingens in Vniuersale accidentale contingens substantiæ, & Vniuersale contingens accidenti. 9. Vniuersale accidentale contingens Substantiæ in Vniuersale accidentale contingens quantificativum substantiæ, qualificativum substantiæ, &c. Sed hæc omnia sunt Specie distincta sub allatis, non secus ac sex prima à nobis allata sub Vniuersali essentiali & accidentali, ergò, &c.

RESOLUTIO IV.

XXXXVIII. **D**ico 4^o allata divisio in quinque Vniuersalis Species secundum

Porphyrum, non est immediata.

XXXXIX. Probatur, quia inter illa & diuisum mediant alia in illis non inclusa, ut v. g. *essentiale Vniuersale & accidentale, in quid & in quale*; prædicabilia intrinsecè ut prædicata intrinsecè denominantia, & extrinsecè ut extrinsecè denominantia; prædicabilia separabiliter & inseparabiliter, &c. Sed

I. Petes cur per hos ultimos modos ad species Vniuersalis non descendamus.

II. Respondeo, quia non sunt usitati inter Philosophos; deinde etiam quia non tam variant essentiam Vniuersalis, quam prædicari essentialiter & accidentaliter; nam *album* v. g. & *cognitum*, siue intrinsecè, siue extrinsecè sint prædicabilia, habent eundem prædicandi contingenter modum.

TRACTATUS IV.

D E

ANTE-PRÆDICAMENTIS.

1. **L**IBRUM Prædicamentorum, siue Categoriarum diuisit Aristoteles in tres partes. 1^a continet Ante-prædicamenta, seu præambula quædam ad faciliorem Prædicamentorum intelligentiam valdè conducentia. 2^a Prædicamenta, quæ decem numerantur: *Substantia, Quantitas, &c.* 3 Post-prædicamenta; id est, nonnulla, quorum mentio sæpius facta est inter explicandum Prædicamenta. Priusquam tamen de Ante-prædicamentis agamus, sit

QVÆSTIVNCVLA I.

Quodnam sit objectum huius Libri.

RESOLUTIO.

II. **D**ico res contentæ in decem Prædicamentis sunt objectum huius Libri, non quidem ut talis vel talis naturæ (quomodo sunt objectum Metaphysicæ) sed ut taliter vel taliter secundum rationem superioris & inferioris, Generis, Speciei & Individuorum sub vicem cõordinabilia.

III. Probatur, quia non apparet in quo com-

modiùs constitui possit, ergò, &c. Ex hac conclusione

IV. Colliges, quòd si res prædicamentales quandoque in hoc libro definiantur, non nisi per accedens fiat, videlicet ut aliquoufque habitæ earum notitiâ, aptius cõordinentur secundum prædictam rationem.

QVÆSTIVNCVLA II.

Quis finis intrinsecus huius libri.

RESOLUTIO.

V. **D**ico finis intrinsecus huius libri, 1^{us}, magisq; obuius est remotio cõfusionis à mētē Philo-